



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Lectio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

ΑΠΟΡΡΗΤΕΓΜΑΤΑ.

Diogenes ab Hegesia rogatus, ut ipsi liberis aliquot commo- dato daret: Non lapis, inquit Hegesia, qui quum caricas non pic- tas, sed veras eligas, vera exercitatione neglecta, ad scriptam te conferas. Hoc dicto notavit eos, qui per omnem vitam nihil aliud quam legunt philosophorum libros, recte vitendi præcepta continentes, cum virtus magis vñ discatur, quam lectio. Γράψου Græcis anceps vox est, significans scribere & pingere. Itaque virtus libris expressa, quodam modo picta virtus est. Absurdum autem videtur, in caricis habere delectum, in virtute non item. Laert. l. 6.

Aristippus, cuidam iactante se, quod esset σοφιστής, hoc est multiplicis eruditionis, quasi nihil non didicisset: Quemadmodum, inquit, non hi qui plurimum edunt, excernuntque, melius valent his qui sumunt quantum opus est: hi non qui plurimas, sed qui vtilia legerunt, studiosi & eruditi sunt habendi. Grauiere taxauit eos: qui tumultuaria immodicaque lectioe semet ingurgitant: nec ea que legunt traiciunt in animum: sed tantum reponunt in memoria, quare nec doctiores euadunt nec meliores. Laert. l. 2. c. 8.

Demetrius Thalerem Ptolomæum regem adherenti solebat, ut sibi pararet libros de regno, & deque militari imperio gerendo tra- ctantes, eosque diligenter euolueret: propterea quod ea de quibus amici non audent admonere reges, in libris scripta habeantur. Laert. 5. c. 5.

Plinius maior dicebat, nullum esse librum tam malum, qui non aliqua parte prodesset. Verum dixit de his, qui norunt ex quibus- cunque libris, si quid inest frugiferum, excerpere. Sed sunt qui in libro quantumvis bono nihil veniantur, nisi quod reprehendant. Eras. l. 8. apoph.

Alphonsus auidens a quibusdam Caietanis male literatis, M. Tullii sepulchrum extare adhuc iuxta Formias (ibi enim villa Ci- ceroniana insignis olim fuit, nunc autem Mala vocatur in via Ro- mana verustis literis inscriptum: eius rei visendæ pereupidus, sta- tum cum locum accessit, & tentibus rubilque primo tumulum pur- gans, moxque legere incipiens, non M. Tullii, sed M. Vitrui in- scriptionem inuenit, qua lecta, vultum risu soluens dixisse fertur, Caietanosex Minerua oleum quidem accepisse, sed sapientiam amisisse. Constat autem Alphonsium Ciceronianæ lectiois tam studiosum fuisse: ut perraro eius tædio affici poterit. Panor. l. 5. de reb. gest. Alphonsi.

Aleibiades aliquando in ludum literarium ingressus, petiit à ludimagistro Homeri Iliadem, cuius lectioem plurimum ad- mirabatur. At ludimoderator cum se nihil Homeri operum ha- bere affirmaret, inlinoxit ei pugnum satis durum, dicens: Imperitus es preceptor, & tibi similes discipulos facies. A. lian. lib. 13. de var. hist. & Plut. in apoph.

Alexander præter modum delectatus est Homero, adeo ut il- lum ad verbum edidicerit, ac dormiens etiam cervicali suppositum haberet. Eum alias summum virtutis præconem, interdum poetam & εὐδαίμων appellare consuevit: cuius carmina censebat non ad citharam, ut aliorum, sed ad tibam potius esse canenda. Addebat illud, se male Homeri Thersitem esse, quam Cherili Achillem. Cherilus erat Alexandri poeta non satis felix, qui fer- tur ita factus, ut pro quoque bono versu acciperet Philippicum aureum, pro malo colaphum. Idem cum in Sigeo ad Achillis tu- mulum adhistisset, O fortunare, inquit, adolescens: qui tuæ vir- tutis præconem Homerum inuenieris? Cic. in oratione pro Archia. Plut. in Alex.

Idem. Cum ad Alexandram Magnum scrinium delatum esset, in quo omnes fere Darii regis opes seruatae erant, & quæretur, in quemnam vsam destinandum posthac esset, aliis aliud suadentibus, Alexander ait, Huic optime seruandus Homerus dabitur. Senti- ens, nullum esse thesaurum illo pretiosorem. Adeo enim Hærica lectioe delectabatur Alexander, ut raro deposcerit è manu eius poesin, restante. Plut. in eius vita.

Gorgias cum forte fortuna legisset Platonis dialogum sui cog- nominis qui Gorgias inscribitur, dixisse fertur: οὐκ οὐδὲν οὐδὲν ἀδύνατον ἰσχυρίζεσθαι. Ut pulchre nouit Plato iambillare, hoc est, mordere. Nam is pes primum ab Archilocho, ni fallor, reper- tus est ad maledicendum; vnde & nomen habet, vel à muliere pe- tulante & baccha, vel à mitrendis iaculis. Siquidem in co dia- logo profcindit sophistas, id quod nusquam non facit. Eras. in lib. 8. apophth.

Theocritus ad ludimagistrum quendam male pronuntiantem accedens, rogauit, Qui sis, quod Geometriam non doces? is cum respondisset, Quoniam ignoro, quid tum? dixit, nam legere quo- que nescis Srob. serm. 4.

Alphonsus. Quom opera philosophica Senecæ legendo exol- ueret, rogatus à Dauolo aulicorum præcipuo, cur animus mor- talium ita immerfus atque infatiabilis foret? respondit rex; A- nimum hominis? Deo profectum, non prius conquiescere quam eo rediret, vnde profectus esset. Esse proculdubio animum no- strum Dei & æternitatis capacem, propterea neque impleri, ne- que fatiari posse iis rebus, quæ fluxæ & incertæ essent, sed Deum ipsum

legit intelligat. Omnis autem, cui multum est datum, mul- tum etiam ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent

Quæritur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent

POETICAE SENTENTIAE. Horut. i. Epist. 18. Inter cuncta leges, & percuncta habere doctos: Quæritur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent

Verlego quodcumque est memorabile: prima monebo. Cæcilius Iliados, & amabilis orsa Menandri, Exluendatibi: tu flexu & acumine vocis

SENTENTIAE PHILOSOPHICAE. Illud tamen spiritus scribam, quemadmodum tibi ista cupiditas

Non tibi quam multos, sed quam bonos habeas libros. Lectio

idum veluti naturalem sedem, & suum quodammodo perfectum bonum appetere, hoc est, solidum & perfectum bonum. *Panor. l. 1. de reb. Alphonfi.*

Idem gloriabatur, quaterdecies vtrunque Testamentum cum commentariis à se perlectum. *idem. ibid.*

Hadrianum Imperatorem Virgiliana lectione inde mirum in modum delectatum legimus, quod mortem suam Virgilianum carmine prædixit.

Offendens terris hunc tantum sat a, neq; ultra esse sinit, &c.

Dian Cassinus in Vita Hadr.

¶ SIMILITUDINES.

Gregorij. Si delizioso cupidis pabulo saginari, beati Augustini opuscula legit; & ad comparationem sit igitur illius, nostrum furem non queratis. *Lib. 8. epist. 35.*

Pis Pontifici; Vt apes ex quibus nihil aliud sumunt, præter odorem & colorem: Sic decet studiosos ex poetarum lectione eam tantum quæ ad mores formandos conferunt, ex spurcissimis fabulis colligere. *Epist. lib. epist. 4. 12.*

Polly; Quemadmodum gulofus aoniua, vbi primum discubitu venit, appostos singulos quosque cibos degestans neque in præsentia voluptatis aliquid capere, neque in futurum vitilitatis potest, quando nec saporem vllum perfecte sentit, & omnia simul congesta stomachum digestionemque impediunt: Ita qui hoc ipsum in legendis authoribus faciunt, nec in præsentia aliquam percipiunt voluptatem, nec vitilitatis quippiam retinent in posterum. *Lib. 3. Historiarum.*

Sicut qui visu vtuntur faciem ad id perpetuo convertere solent quod demonstrationis gratia offeratur: ita & animus in ea loca propendere debet quæ proponuntur inter narrandum, *idem, eodem lib.*

Si aquæ gutta subinde cadendo solidam saxi duritiem cauat: quanto magis oratio crebro aures feriens, animi torporem & quietis studium excutit. *Zonar. Annal. Tom. 1.*

Vt in obsoniis non solum sequimur voluptatem, sed etiam salubritatem: sic in audiendis & legendis authoribus. *Plur.*

Vt in alienis oculis nosmetipsos conspicimus: sic in aliena ditione quid nos deceat, aut dedecet, contemplandum est. *Plur. archus.*

Ager nimium stercoreatus aduritur, non stercoreatus alget: Ita moderata lectione vegetandum erit ingenium: nam lectione saginatur animus non alter quam arum stercore. *Plinius libro 18. capite 23.*

Sicuti varius est crebro stercoreari agrum quam multum: ita plus habet fructus assidua lectio quam auida. *Plin. ibid. in fine.*

Vt aromatum, florum, similibusque odor gratior sentitur è longinquo quam ex proximis: offendunt enim nonnunquam narius admota quæ procul delectabant. Ita sunt quæ si leniter attingas, placeant: si excutias accuratius, & propius inspicias, gratiam amittunt, quod genus sunt poetarum fabule, aut gentiliū historiæ. *Eras.*

Serius eduntur, quæ diutius victoria sunt. Ita diu premendum opus quod semper legi velis. *idem.*

Quemadmodum, Vlysses auribus cera obturatis Syrenum periculum præternavigavit: ita nos si quid incidit blandæ foedum in authoribus præterachi oportebit. *Plur.*

Vt apes non quibus ex omnibus colligunt, sed aliunde Metyn, aliunde Piffoceron, aliunde Propolin, aliunde Rhithacen, aliunde sobolem, aliunde mel: ita non omnia petenda ex eodem auctore, sed ex vnoquoque sumendum, quod habet vtilissimum: Ex poetis & oratoribus verborum splendor. E dialecticis argutia differendi. E philosophis cognitio nature. E theologis, præcepta viuendi. *Plin. l. 11. c. 7.*

Vt apes ex amarissimis floribus & asperis spinis mel suavissimum ac lenissimum colligunt: sic ex turpibus ac sceleratis fabulis vtrunque decepti potest aliquid vitilitatis. *Plur.*

Quidam Amerbyssum adhibent in comparationibus aduersus ebrietatem: multo magis in audiendis Poetis præcepta sunt adhibenda, ne quid inficiat animum. *Plin. l. 37. c. 9.*

Non tam infansus, vt vel è Neronis capedine, quam Plinius trecentis sestertis æstimat, venenum bibere malit, quam è Samio vasculo vinum innoxium: Ita qui sapit, malit salubria præcepta viuendi quælibet sermone proposita, quam pestiferas opiniones eloquentissimo scriptore haurire. *Eras.*

Vt his gemmis summum est pretium, quæ non modo varietate colorum delectant oculos, & nares odore, verum etiam ad remedia sunt efficaces: Sic his libris suum est pretium, qui non solum habent orationis illecebras, verum & salubribus præceptis nos liberant animi vitis. *idem.*

Medici vetant vti halicacabo, quanquam dentibus firmandis prodest, si eius succo colluantur: propterea quod periculum est, ne si diutius id fiat, delirationem gignat, & plus afferat incommodi, quam commodi, ita non est vendum his literis, quæ sic linguam expolunt, vt mores inficiant, aut conuenit sequi, quæ sic augent rem, vt famam ledant. *idem.*

A floribus, marcidis apes abstinent: ita non attingenda sunt qui putridas habet sententias. Aut nihil attingendum, quod sit elegans & luculentum. *idem.*

Vt qui vino cæcunt, aut aliqui laborant oculis, plus videre re, credunt, cum vnam vident: Ita qui ob imperitiam sententias: vnde illud apud iuris male consultos, vel dic, contra petitem. *idem.*

Vt ruscissimum est in trifolio cubare, quod in hac herba serpente alpici: ita in his versandum libris, in quibus multa timentur. *idem.*

Quemadmodum Medici pharmacum ad vnicum morbum tantum authorum dicta ad varios vsus accommodare. *Plur.*

Non quemadmodum omnia religiose meruimus, ac trepidè adhibito iudicio probare quædam, quædam improbare. *Plur.*

Vt cum in sole ambulamus, etiam si aliam ob causam ambrosiosus legimus, sentimus orationem nostram illorum colorari. *Cic. l. 2. de orat.*

Thrueris, Qui semper vnius generis assueverunt cibo, frugiventem infirmum circumferunt: Et pueros, quos perfecte vultus erudire, oportet ad varios auctores traducere. *In apoph. gmat. 78.*

Non valet optime, qui multa comedit, sed qui medicorum ne concoquit: Neque est doctissimus qui multa legit, sed qui modica penitus scrutatur, ac funditus pendit. *In apoph. gmat. 56.*

Qui multa vidit, sed rationem nescit, similis illi, qui multa legit, & nihil intelligit. Ergo vt is nunquam potest euadere doctus, neque ille vniquam expertus. *In apoph. 111.*

Apes e variis varios colligunt succos, sed eos suo sermone tantac digerunt, alioqui non factura mel: sic eos suo sermone thoros omnes, sed quos legeris, in tuos vsus transformant. *Senec.*

Non est admiratiōis vna arbor, vbi sylua tota in altum ferunt: sic non animaduertitur vna sententia, cum patium oratione sunt sententis, sed si raro incidat. *Sen.*

Vt è diuersis numeris constat vnus, summam illorum in se complectens: sic è diuersis constat eruditio, iam tua, non aliorum. *Senec.*

Vt inter salutares hec bas nascuntur & venenat: ita ex auctoribus: quæ recte dixerint sunt excerptanda. *Eras.*

Vt is, qui cœcuntibus sunt oculis, quiuis obitus obstat: propterea quod caliginem secum in oculis circumferunt: Ita vtrum eruditus omnibus liber ac stylus difficiat est & obcurus. *idem.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Alphonso Aragonum Rex, cum arcem Neapolitanam intrare decreuisset, Vitruuii de Architectura librum assens ad se habuisset. Verum cum sine oratu, sineque assensu allatus esset, non decere, inquit, huic potissimum librum, qui nos, quomodo ornategamur, tam belle doceat, delectum incedere. Librum igitur egregie ad vsum parari mandauit, & omnibus semper ædificandis habuit. *Panormitan. lib. 1. Idem Q. Curtij lectione,* quæ in modo mirifice fuerat recreatus, mediocrum pharmacis herge per tulit.

D. Cyprinus in Tertulliani lectionem tam fuit assiduus, vt multum diem absque eius lectione prætermitteret, & notato Paulo sæpe diceret, Da magistrum, nempe Tertullianum, *Hier. in cat. rutor. illust.*

Scipio Africanus Socraticum Xenophontem in manibus semper habebat: cuius in primis ladabat illud, quod diceret eodem labores non æque esse graues Imperatori & militi, quod vterque nos laborem imperatorum faceret leuiorem. *Cicer. lib. 2. Tuscul. p. 10.*

Virgilius Ennii opera diligenter & sæpius enoluens, vt notat quid ageret, Aurum, inquit, lego ex stercore. *Sabel. lib. 1. cap. 7.*

Alphonfus cum inter peregrinandum forte ad eum locum vnde Sulmo poterat despici, peruenisset, an ex Ouidij (cum ipse mater mirum in modum afficiebatur) patria esset, interrogauit, quumque intellexisset natale Nasonis solum esse, vrbem laudauit, gratiasque genio loci egit, in quo tantus olim poeta gentium esset, de cuius laudibus nemo satis fari possit. Ego sane, inquit huic regioni, quæ non parua regi Neapolitani nec contemenda pars est, libenter celserrim, si temporibus meis datum esset, hunc Poetam vt haberem, quem mortuum pluris ipse facerem quam Aprutij dominatum. *Panor. l. 2. ex eod. Spiegel. in l. 1. Panor. de reb. gest. Alphonfi. c. 47.*

Arriamachus quum conuocatis auditoribus recitaret ingeniosum lumen, quod conscriperat, & ab omnibus esset delectatus, excepit Platone: Legam, inquit, nihilominus. Plato enim nihil in illis est omnium. *Tullius lib. de claris oratorib. Eras. l. 26. 23.*